



Academia Peccatorvm. Seu Conciones De Tota Parabola Prodigi Euangelici

Qvæ Flagellvm Peccatorvm Sev Conciones De Fame Prodigi

Bosquier, Philippe

Moguntiae ; Coloniae, 1614

V. Exordium. 2. fames & sitis quid significant. 3. vt Publicani fame laborarunt, vtq[ue] peccatores reliqui. 4. Quinq[ue] expositiones isterum: Postquam omnia consummasset. 5. in hoc seculo nemo sua ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55934)

det gloria coram hominib. & Angelis spectantibus
si aliquando prostrati & subacti diabolo hosti nostris,
animo masculco mordicus resurgere, & pedibus sub-
iectum conculcare in perpetuū contendamus! Quan-
tus honos! Faxit Deus, Amen.

CONCIO QVINTA.

Græca. 4.14 δαπανήσας δὲ αὐτῷ πάντα, ἔβλεπεν λιπὴν
ἰσχυρὴν κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην, & αὐτὸς ἔπειτα
ὑπέστη δόλον.

Vulgata. 4.14. Et postquam omnia consummasset, facta
est fames valida in regione illa, & ipse cepit e-
gere.

Syriaca. 4.14. Quumq; consumpsisset quicquid habebat, facta
fames magna in regione illa, & cepit egere.

ARGVMENTVM.

1. Exordium. 2. fames, & sitis quid significant. 3.
ut Publicani fame laborarunt, utque peccatores
reliqui. 4. Quinq; expositiones istorum. Postquā
omnia consummasset. 5. in hoc seculo nemo
sua contentus sorte. 6. Inguter famelici sunt su-
perbi. 7. avari. 8. lubrici. 9. Iracundi.

1. **N**onnullos licet insumpserimus dies in ediscen-
da fame egestateque prodigi, in desertionā
regione, & loco in quo sibi sedem delegerat, nihil hoc
vsque attingimus quam sensum historicum, quem co-
stri textus terminū propriē sumpti signarunt: scilicet
mysticorum nihil, summæ rei nihil adhuc delibui-
mus. Ut igitur eos à nobis hoc secundo como minime
sciam, ut nec primo conset, nūc sententiam nostram
super

super ijs prof: rebus: ac primò, quì hac fame & inopia maxima laborant, Publicani & peccatores Christo conuolentes, quotum conditio potens & pradiues aliud portendebat: in quos tamen potissimù Iesus collimabat sermonem sub ambagibus huiusce parabole. Deinde, peccatoribus omnibus qui conueniant illa. *Audite uerbum hoc uacca pingues. Qui obestiores, potentiores, ditiores uidentur haud minus sitati ac tenti quàm macilentiores: demonstrabimus enim immentum eorum esse numerum qui summa inopia laborant: darique pauperes diuites, uti & diuites pauperes. Tanquam nihil habentes & omnia possidentes. Paradoxum hoc haud apertius, credibilitus prioribus, Dicamus,*

Propositio concionis.

Amos 4.

AVE MARIA.

2. ut Publicanis & peccatoribus præfatis appositè ista adaptentur, notandum primò dictiones *fames sitis* sitis, quid plerumque significare eloquentioribus, ardens delidenum eius quod non habetur, & perditè appetitur. Quo in sensu Virgilius auri famem dicit, pro summa auri, argentiq; cupiditate. Virg 3. Æneid.

Fames & sitis, quid significet.

— Quid non mortalia pectora cogit,

Auri? sacra fames?

Horat. 3. carm. 16.

Crescentem sequitur cura pecuniam, maiorumq; fames.

**Excrabibilis, tractum ex mare Galorum, de quo Seruius in hunc locum 2. die de Colonia.*

Prudentius in Psychomachia:

Non parcat proprijs amor insatiatus habendi.

Pignoriobus, spoliatq; suos fames impia natos.

Guilielmus Salust. 2. hebdom. 2. Sceptrorum auriq; famem sacrilegam dicit.

Plato in Philebo: *Nonne famem atq; sitim & huiusmodi multa concupiscentias quasdam esse diximus?*

Qua in acceptione ipse Christus humiles terrinos rarijs locis usurpat. ut uti agit de esurientibus & sitiētibus iustitiam, promittens satiatis iri: & ubi agit de siti sua in cruce, quis dubitet famem & sitim summi metaphoricè, ut significent summum desiderium?

Na 4 Illic,

Illic, ut significetur summū desiderium iustitię & probitatis; in cruce, præter sitim veram quā discrucietur, maxima cupiditas salutis hominum omnium.

Matth. 5. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, mercedem ipsi saturabuntur.*

Luc. 1. *Esurientes implevit bonis.*

Ioan. 19. *sitio.*

D. Aug. serm. 2. in Ps. 34. & exponens illud Psal. 41. *Quemadmodum desiderat cervinus &c.* D. Bernard. serm. de passione, & D. Arnoldus tract. de verbis Domini in cruce, desiderium ingens salutis animarum fuisse dicunt. *Peccatorum salus fons erat ex quo bibere cupiebant. Si sumantur frequenter fames & sitis ut denotent acce desiderium, cibus & potus signabunt expletionem istius desiderij. Juxta quæ diximus, famem & sitim, perfectionem & potationē ad totidem res diuersas extendere, metaphorico dicendi quodāmodo, quot sunt quæ ardentem concupiscentiam, & cum voluptate obtineri. Infit Christus: *Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius qui misit me.* Patris voluntas est ut saluet mundum: *Non enim misit Deus filium suum ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum:* ergo cibus eius est salus animarum.*

Ioan. 4. 3.

D. Chrysostr. hom. 33. in cap. 4. Joan. 10. 5. *Hominum salutem hoc in loco cibum appellat, ut quanta salutis nostra cura & desiderio tenentur, ostendat. Sicut enim nos cibum, ita Christus humani generis salutem desiderat.*

Idem tō. 5. oper. imperf. in Matth. *Omnis iniustitia epulatio diaboli est; omnis iustitia spiritus, epulatio est Dei.*

Deinde, memineritis eos qui Christo conuecebantur peccatores fuisse publicos notosque, adeoque antonomasticè dictos peccatores; uti & Magdalena dicitur peccatrix: eorumque aliquos, aut plurimos, publicanos, id est portitores, & exactores vectigalium Romanis pendendorum: quod munus naturā exolum erat, & vix sine culpa exerceri poterat, inquitente S. Gregorio.

D. Greg.
hom. 34.
in Euang.
tom. 2.

3. Quibus suppositis, fames & sitis supra memorata, innuit peccatores publicos, nec non Publicanos, quos admittebat Christus, aut penes quos manducabat, bibebatque, flagrasse desiderio summo liquorum, quæ obtinere non poterant, ut forte potiorum voluntatum, vberioris sanctorum, statuum digniorum, promotionis ad altiora; denique semper cupidos alicuius rei, nec vquam contentos: Aut fortassis diuites illos Publicanos verè ad inopiam cum vniuersa regione redactos, aut excellibus, aut foro cessionibus, aut naufragijs, aut alio quouis sinistro fortunæ casu, Deo rotam gyrate & regyrante, & exceliores deprimente.

1.

2.

Irui est subitò, qui modo Crasus erat,

Oui lib. 3.

Trist. el. 7.

aciebat quidam, verum plenius satisfacit expositio prima.

3. Quoad peccatores verò in genere, potest hic passus significare, in statu peccati (regione verè longinqua, qua procul à Deo dimouemur, contrarij & dissimiles ipsi consilio, voluntate, actibus) quin nedum in regione peccati, sed & in regione mundi huius, in inferiori tractu huius vitæ, regione longinqua, & multis spatijs vita beatorum discreta) anxia quandam cupiditate dominati, semp indigenas puincia aliquibus laborare nunquam appetitui factum satis plenè, siue appetant pure bona, siue indifferentia; ast potissimum cum feruntur in mala, aut quæ propius ad malitiam accedunt. Vbi omnia se præstitisse existimant, ut concupiscentias suas expleant, adhuc famelici sunt, nec saturi. *Et postquam omnia consummasset, ubi omnia excogitarit, præstiterit, quaesierit, libauerit, adhuc facta est fames valida in regione illa, & ipse cepit egere: & ipse, diues opulentus, contentus licet videatur; ipse, diues agris, diues positus in honore nummis, cepit egere, nouam denuò patitur penuriam. Auarus, thesauris suis innatans, iudicio suo est pauper: Quærit aquas in aquis, voluptuosus, in sumptibus totis vitibus, expansis sensibus internis externisque in delicias, nullatenus expletur. Id maxime insinuat fames illa, penuriæ, qua laborasse narrat, prodigum Cæsareus Chronographus, Christus: occasione quorum*

N n 5 rum

rum plenius post executionem peccatorum inexple-
lem appetentiam.

4. verumtamen primùm examinanda occurrunt
verba ista, *Et postquam, &c.* quæ attingere obli-
fermè eramus. *Postquam omnia consummasse, consum-*
psisset, aut dissipasset secundum alios: aut iuxta Gra-
ecos *ἐξένησεν* & *ἐξένησεν* & *ἐξένησεν*, *consummasse autem ipse*
omnia sua, vel magis patris; utrumque enim ad idem
significant, omnia sua, aut omnia eius, scilicet patris,
vbi diximus alias. Opinor Christum velle, Publicanos
& peccatores, vbi haud sperendam facultatum por-
tionem decoxissent superfluis, vano fastu, vestium lu-
xu, &c. Aut multorum facta iactura fortunæ casibus,
fororecessionibus, aut alio quouis modo: aut vbi om-
nes animæ & corporis nemos intendissent, nec enter
ditari, quocumque modo, per fas & nefas, necdum
contentos, sed superfluis quod expetere ultra. Ali-
os verò peccatores omnes in genere, vbi se ipsos totos,
corpus & facultates vniuersas insumpserint (*ab anima*
usque ad carnem consumetur, inquit de eiusmodi *stans*)
vbi se ipsi consumpserint voluptatibus, vt papilio lu-
mini circumuoluitans: vbi penè mens, rationis vlti-
mum arbitrium ipsis deperierint (ample substanti-
tæ certè, quas nuper à Domino obtinuerat) laborant
fame, incrementa sumente indies desiderio amplius
fructu interdictis. Enimverò, spoliuntur omnino ar-
bitrio, & libertate faciendi bonum, declinandi à malo
nunquam, licet, quantumuis enormia admittant flagi-
tia; possunt nihilominus adeo assue fieri malo, in corpore
indurari, vt videantur vi adacti vt faciât malum, vt lo-
quantur & cogitènt malum propensione bona natura-
li in bonum quam Deus animis nostris inferuit ab
initio ortus quasi penitus extincta & sopita in eis al-
siduo exercitio, & consuetudine peccatorum, vt semi-
exanimis videri possit. Meministis eius de quo dicitur,
seminis relicto?

Luca 10.

D. Thom. 1. 2. q. 85. a. 1. in corpore: *Medius bonum*
natura,

natura, scilicet ipsa naturalis inclinatio ad virtutem diminiuitur per peccatum: per actus enim humanos sic quaedam inclinatio ad similes actus: oportet autem quod ex hoc quod aliquid inclinatur ad unum contrarium, diminiuitur inclinatio eius ad aliud unde cum (peccatum) sit contrarium virtuti, ex hoc ipso quod homo peccat diminiuitur bonum nature quod est inclinatio ad virtutem.

Calix. Placent expositione in hanc parabolam par. 2. Confirmatio habitibus prauis, nimis adeo dilectabilibus afficitur, ut iam non mere libere, sed vehementer & furore violento motu in ea rapiatur peccator cum in profundum ruerit &c. quoniam dona omnia gratuita sunt, naturalia obstupescita sunt. & naturalis inclinatio ad bonum in habitualem impulsam ad malum immutata

F. Ioan. Granat. in hunc locum: Consumpta gratia & natura donis, obscurato intellectu, & voluntate infirma.

D. Dionysius l. 4. de diu. Nomin. Peccata quamuis dona natura non penitus corrumpunt, aut tollunt, eadem tamen inficiunt & rationem obtenebrant.

Ioan. Maior in hunc locum: Naturalia substantia ingenuis erant illi hebetata, semi amens factus est: laxate habentis equi in adolescentia, vires ingenij obrunduntur.

Chrysostomus tom. 1. homil. 17. in 3. cap. Gen. ignorantiam Ad e post peccatum egregie notat ex eo quod se absconderit.

Peccator sit Mydas, qui dicitur quasi iuday idar, id est, nihil sciens, ut ait Fulgentius l. 2. Mytholog. 11.

An hanc ipsam iacturam rationis, libertatis, & inclinationis naturalis in bonum significat viator, qui descendens Ierosolymis Jerichuntim, id est, in defectum peccati, grauiter lauciatu est, & seminiuus relictu: vulneratus in naturalibus?

Præter hæc, amittit quoque per peccatum gratiam Dei. Quod dispendium fortene significat spoliatio facultatum eiusdem ciuis Jerichuntini? Aut, an forte Christus illis verbis, postquam omnia consummasset, intelligit iacturam honoris peccatoris; nequaquam honoris

Vide x.
pær de no-
cumentis
luxurie.
B. da. &
habetur
in Gloss.
ordinaria
in cap. 10.
Luca.
Et apud
Thom. 1.
2. q. 85. ca.
1. in opp.
111.

ris externi, quem dicimus nomē bonum, famā bonā, reputationem hominum ab hominib⁹ (cuius nihilominus iactura est maxima, magisque dolenda dispendio Indicarum gazarum.

Prou. 22. *Melius est nomen bonum quam diuitia multa: super argentum & aurum gratia bona.*

Eccl. 41. *Curam habe de bono nominis, hoc enim magis permanebit tibi quam mille thesauri pretiosi & magni.*

Publ. Mimus: *Bona opinio homini tutior pecunia est.*

Honestus rumor, alterum est patrimonium.

Plaut. Most.

Ego si bonam famam mihi seruasse, sat ero diuitis.

Vox populi:

Omnia si perdas, famam seruare memento.

Non, inquam, externi illius honoris, sed alterius interni, quem amisit peccator? Profectò prædicitur patrimonij iactura est honoris externi, & nominis boni concoctio: eius verò honoris dispendium hoc loco intelligendum non est solum, sed & honoris interni, quem dicimus, verecundiam, pudorem erubescētiā, quo retrahimur à malo; vultusque pudore scelerantur, admissio per nos incongruo. Maximum certè eius damnum, utique notæ & insignis virtutis, uti aiebat Diogenes ad adolescentem; vnde & præcepiū: *Erubescit, salua res est.* Hoc enim pudore superstitite in pectore hominis impij, seu residuis auris nonnullis in oculis magni decoctoris, de eius salute necdum desperatur, neque dici potest proflus omnia consumpsisse: per hunc namque à peccatis desinet, & panitere poterit. *Peccatum pudore minuitur, inquit & Ambrosius.* Omnigenorum bonorum reliquie sunt haud spernendæ honor & pudor.

Eccl. 26. *Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata*

D. Bernardus in Cant. *Verecundia est bona spei memoria, bone indolis indicium; virga disciplina, expurgatio vitiorum, propugnatrix prauitatis, gloria conscientie, fame custos, vite decus, virtutum sedes, gratiarum primitiua, natura laus, totius insignis honestatis.*

Diog.

Laërt. l.

6. de vita

& mor.

Philos.

Arist. l. 4.

Ethic.

cap. 9.

D. Amb.

de morte

Abel.

Cicero 2. de Finibus: Moderator cupiditatis est pudor.
Idem 2. Tuscul. Sapè videmus fractos pudore, qui nulla ratione vincerentur.

Aristot. 1. 4. Ethic. cap. 9. Pueros verecundos, pudentesque putamus esse oportere, ac adolescentes laudamus verecundos.

Seneca 1. 7. decl. Est proxima innocentia verecundia.

Idem 1. 1. natur. quæst. 3. cetera conspectum suum reformidant.

Et paulo post: Quodammodo lupanar quoque verecundum est.

Maximum verecundiæ detrimentum: hac enim amissa, actum est de homine. Nonne metetrix, eadem manet, nesciens pudere, nec frontem remittere vlla turpitudine suarum spurcitiarum? Effronti, impudenti; habitu eas referens, & prædicans vt Sodoma peccatum suum mutum? O vt malè est peccatori, quem dicere licet metetrix haud verecundiorem!

Jerem. 3. Frons mulieris meretricis facta est tibi, & noluit erubescere: pudore verso in impudentiam!

Jerem. 6. Confusione non sunt confusi, erubescere nesciunt.

Isa. 3. Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt.

Prou. 2. Latantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis.

Psal. 51. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?

Quod tamen euenit crebro peccanti, & ijs qui longas ducunt moras in peccatis. Extra omnem aleam est, omnem pudorè scelesto deperire, nihiliq; peccata tandem facere, ipsum, eorundem frequentatione.

Prou. 18. Impius, cum in profundum venerit peccatorum, concernit.

Ex cuius pudoris consumptione oritur fames valida in patria eius, ipseque egere incipit, id est, æstuationi feruet desiderio peccandi, quam alias vnquam. Si quando superbus, gloriæ cupidus nihili ducat talis haberi; auarus, libidinosus, iracundus, inuidus, fur, alijque

Crebris peccatis amittit pudor.

que non vereantur isti fructi haberi, & iudice delicti
 coris n. onstrati hic est haec est: tum superbus vigeat
 rius superbiam suam autitur: auarus & leuicator tot
 sunt conge tendis thesauris per fas & nefas: libidin
 sus, voluptatibus absorberi penitus contendit: in
 cundus, vitio: mordicus vitio: luidus, alterius com
 modum lioris sui obiectum deprimere auct: in
 furis & praedationibus inhiat totus. Etiammodi fac
 norosi, quibus verecundia perijt, ex tunc incipiunt ce
 gere, & laborare fame protrahendi inceptorum pe
 catorum feriem, nihil indecorum rati peccatum, &
 conluere diue in naturam transeunte. Et ipse caput
 re. Fastus superbo, vsuræ rapina que auaro, impotenti
 tia incontinenti, vindicta iracundo, luor luido, inci
 piunt in necessitatem verti, nec ea vlque carere pos
 sunt; impudentia & vitiosa assuetudine preualete.
 Ficta sunt eis vitia necessaria. Pridem scelera patra
 bant aut ignorantia, aut malitia, aut infirmitate, aut
 amisso pudore, assidua peccandi consuetudine, quasi
 necessitate, quæ tamen non excusat, quia sponte in
 eam insiluerunt: non magis quam ebrietas, in quam
 non nisi volentes incidimus, excusabat coram tribu
 nali Pittaci, aliorum quæ Philosophorum homi
 dium ebrietate patratum: qui gemino illud vindica
 bant supplicio: Ebrios duplici pena afficiendos patratum,
 principium enim ipsi est, in sic a. itio: eles. Exposito
 ista haud rejicienda est; sed ecce tibi quartam, ea haud
 inferiorem.

Laërt. 1.

vit. in

Pittaco.

Arist. 7.

Ethic. 6. 3.

19.

Isid. 4.

Seneca l.

3. epist. 6.

Nobis innata est, in se ipso gratia Dei, reuerentia
 quadam Maiestatis diuina, quam actibus, cogitati
 busque nostris semper adesse imaginamur: Signatum
 est super nos lumen vultus tui Domine, ait Vates: que
 plurimum facit vitandis peccatis. Namque, si fingere
 vitum inclytum assiduum actuum nostrorum obser
 uatorem, spectatoremque; sufficit ad virtutis studium
 amplectendum, ut volebat Epicurus à Seneca relatus;
 quam nos efficiat studiosos & impigros praesentia O
 mni potentis imaginata? Prodest sine dubio esse cog
 itationem.

rationibus tuis indices, inquit Seneca Unde David, Elias, innumeriq; alij ad tantum sanctitatis fastigium eue-
cti, nisi assidua impressione, imaginationeque ac præ-
sentia omnia videntis oculi? *Meditatio cordis mei in
conspicuo tuo semper, Domine ante te omne desiderium meum.*

*Psal. 15. Proviseram Dominum in conspectu meo sem-
per quoniam à dextris est mihi ne commovear.*

*3 Reg. 17. Vivit Dominus Deus Israel in cuius con-
spicuo sto hodie.*

Anima thesaurus inenarrabilis luminum iugis de-
fixio in DEVM; ipsiusque ceu presentis reueren-
tia. Namque si ludimagistrum reueritus puer, in-
solens nihil audet: si presente viro probo, ho-
noribusque claro sediciosum vulgus iam armatum
& in mutuas caedes ruere paratum silet, audit, acquies-
cit, arma recondit; neminem lædit: multo magis ma-
gni Dei presentia altius imaginationi impressa conti-
nebit in monere passiones, affectionesque tumultua-
rias & rebelles peccatoris.

Virgil. 3. Æneid.

*— Pietate gravem ac meritis si forte virum quem
Conspexere, silent arrectisq; auribus adstant.*

Est quoque maxima i-cura, malorum plurimorum
causa oblivio presentia Dei: ab hac scaturit audacia
effrenis laxandi fræna omni spurcicia. Non memini-
stis senes aulos Susannæ pudicitia oppugnare, ubi ad-
esset copia dicendi, *Ecce ostia pomarij clausa sunt, & Dan. 13.*

*memor nos videt, & nos in concupiscencia tua sumus: quãobrem
aspicere nobis, & commiscere nobiscum? Nõne hinc ipsi pesti-
mos fontinos cæs iniquitatum amnes tribuit David?*

*Psal. 5. Quoniam alieni insurrexerunt adversum me,
& fortis qualiterum animam meam & non proposuerunt
Deum ante conspectum suum.*

*Psal. 9. Non est Deus in conspectu eius, ideoque, inquit
nae sunt via eius in omni tempore.*

*Psal. 13. Omnes declinaverunt. simul inutiles facti
sunt: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.
Sepulchrum patens est guttur eorum: lingua sui dolose
agebant, veneni aspidum sub labijs eorum: veloces pedes eo-
rum*

rum ad effundendum sanguinē: inde autem procedunt ista, inquit infra, *Quia non est timor Dei ante oculum suum*. Hinc mirè laudo eum cui tessera familiaris, *Canue, Deus videt*. Porro, vtilissima illa imaginatio actualis præsentiæ Dei in omnibus actibus nostris, alitè homini impressa licet, paulatim extinguitur peccando crebrius, maximè si non sequatur vltio. Inuita enim videns quæ commisit, purat Deum sibi non præsentes: aut si præsens est, non videre, obseruareque, aut si videt, non velle vlscisci; aut si velit, non posse, atq; procedentim petuenit ad omnimodam sublationem præsentiæ Dei; qua sublata, sequitur rabida fames delinquendi quam alias vnquam. *Facta est fames valida*. Arbitrer huius reuerentiæ amissionem, etiam significari concoctione effusa facultatum omnium prodigi postquam omnia consummasset.

4. An forte insinuant ista peccatorem distendisse & quasi consumpsisse ingenium, sensus omnes, & corpus omnia lustrasse, euoluisse que, vt effusis suis cupiditatibus faceret satis? Etenim euentiamus de Oratore, *Consumpsit omnem vim eloquentie*; & de Timotheo, *Consumpsit omnem pingendi artem*; & vt huiusmodi dicitur vterque, in sua arte, & præsilio subiecto emoret ingenij vires intendisse, vt quoad fieri poterat incompti muneris partes optimè completeret. Videas peccatores desudare vt delinquant ingeniosè, caute, & quasi ad artis canones; totos esse vt malum iocè & bene faciant. Nunquid de ijs qui diluuiò causam suis flagitij dederunt, dicitur, *Cuncta cogitatio cordis eorum: erat ad malum omni tempore*? Notate sedulo ista, *Cuncta cogitatio, intenta, omni tempore*: tres circumstantias emphaticè significantes studium, quo peccator Deum offendit. Quorum crebrò ingeminant Propheta ad inuentiones quorum causa Deus vlsciscitur peccatores?

Iob 20. *Iuxta multitudinem adinventionum suarum, sic sustinebit.*

Psal. 27. *Da illis, secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinventionum ipsorum.*

Quintil. l. 2. instit. cap. 23. Consumpsit affectibus &c. de Timotheo & Iphigenia.

Gen. 6.

Pfal. 98. Et ulciscens in omnes adinventiones eorum,
Osee. 12. Iuxta vias eius, & iuxta adinventiones eius
reddidit ei.

Quorum David: *Transferunt in affectum cordis?* Ec-
cur dicunt: *Venite & cogitemus contra Ieremiam cogi-
tationes?* Nisi vt insinuetur peccator nō min^o exercere
ingenium excogitando nouum peccatum, quam ora-
tor, vt illustre adinueniat argumentum? Non ita defu-
dant Oratores Poetaeque componendis dictionibus
orationis, concinnandis poematibus, vt fornicariae
componendis gressibus; *Pedibus suis composito gradu*
intebant, ait Ilaia de filiabus Sion: miro artificio, &
sedulitate impigra amores concinnant; *Arte regendus*
amor, ait quidam. Studet, omnem sui ingenij vim con-
sumit meretrix vt adueniat modos, quibus procum
teneat vincitum: verumtamen, *postquam omnia consum-
masset*: artificio illo & studio insumpto, & penē con-
sumpto excogitandis, fingendis, parandis nouis deli-
tijs, sexcentis modis voluptatum vitiosarum, *Facta*
est fames valida; incidit noua libido adinueniendi, &
fruendi nouis. Aut, *Facta est fames valida*, vrget fames,
& egestas, quando perpetuari non valet, submotis
cupiditatum subiectis, aut instrumentis & viribus; vt
seno grandaeuis, viribus necessarijs continuandis im-
pudicitijs solitis; quas exercere non valeant licet; non
tamen non ardentem concupiscunt, aut ardentius
quam alias, cum per vires liceret. Ita famem istam ex-
ponere videntur S. Ambrosius, & Albertus Magnus.

D. Ambrosius l. 7. in Lucam c. 15. *Egere ideo capit &
famem pati, quia nihil prodigi satis * voluptati. Semper
famem patitur sui, qui alimentis perpetuis nescit im-
pleri.*

Albertus Magn. comm. in illud, *Capit egere: Egit,*
*quando quidem voluntatem fruendi peccato habuit, &
valetudinem non habuit, quia perficere non potuit.*

Egenus est, qui aliquid concupiscit; vt diues ille,
qui quod desideret non habet.

Boetius l. 3. de consol. prosa. 3. *Eget verò eo, quod quis-
que desiderat. Vide ibidem.*

Pfal. 72.
Ierem. 18:

Isa. 3.

Ouid. 1. de
Amore.

* al. vo-
luntati,
& forte
melius.

Delibata voluptate vna, alteram desiderat.

Virgil. 3. *Aeneid.*

Nos alia ex alijs in fata vocamur. Aut gemitas cuperet.

Virgil. 4. *Aeneid.*

*Nunc eadem labente die conuiuia quarit,
Iliacosq; iterum demens audire labores,
Expositis pendetq; iterum narrantis ab ira.*

Continuationem expetit.

Eccl. 18. *Cum consummauerit homo tunc incipit: Et tunc quienerit, operabitur.*

Atque iugiter laborat inopia, fameque peccator nonquam contentus, expletulue.

Prou. 3. *Egestas à Domino in domo impij; Deo in permittente, certo iustitiae ordine. Quantum Publicani innatarent amibus omnibus aureis, ut Mydas, & famosi illi peccatores stenuit & vitium omnigenis delictijs sese oppellerent;*

Sap. 2. *Nullum pratum sit quod non perit in luxuria nostra: vino pretioso & unguentis nos implent, non ideo desistebant Publicani à congestione eorum thesaurorum; nec voluptuosi à cupiditatibus nostrarum delictiarum, aut vltioris protractionis carum.*

Calistus Placent. p. 2. in hanc parabolam. *Hoc fit, quoniam arbor concupiscentia eo magis incenditur, quo magis delectationibus abundat, ut ignis oleo superfus.*

Steph. Paris. hom. 18. inst. *Fames hac est delectationis appetitus.*

Nemo in hac vita contentus finibus rerum suarum; signat peccatores.

3. Attendite ut praesens vita maxime peccatorum & secularium sit inexplebilis, cui quod desideret semper suppetit. Videte, mundani, oculis apertis, & anhiantes, ut mundus hominem donare non queat animi tranquillitate, & sufficientia, quam Graeci dicunt *ἡδύμειον*; adeoque beatum facere non valeat, licet manibus ambabus effundat, ingerat fortibus & fenestris, etiam dormienti quicquid possidet; quin vnicuique eorum quod habet, quod accidit nunquam. Frugalitas, qua sola homo beatus, sedem non habet in hoc seculo.

Proclus lib. de anima & dæmonibus: *Communis, inmutabilisq; sententia, beatitudinem designat sufficientia: quibus enim competit habere se bene, eisdem sufficienter habere se conuenit.*

In hac mundi regione iugis adest insufficientia, egestas, fames valida, maximè in mansionibus peccatorum, vera, germanaque, sede inopiæ & paupertatis, quam idèd forè ingeniosa antiquitas dicebat nocte & Erebo natam; id est, obscuritate & tenebris: ipsæ enim caliginem & tenebras significat. Quid peccata, nisi caligo, densitas, tenebræ? *Et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Qui Deo non reficitur, aut eo delectatur, nunquam satiatur.*

Ioan. 9:

D. August. in co. confell. *Omnes delectationes meas quas amabam, resisti Domine Deus, ut quærerem sine offensione latari, & non inuenirem, nisi in te.*

Psal. 33. *Dinitus egerunt & esurierunt.*

Psal. 64. *Famem patientur ut canes, & circuibunt ciuitatem.*

Prou. 30. *Sanguisuga dua sunt filia, dicentes, Affer, affer.*

Isa. 57. *Impij quasi mare feruens quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius.*

Aggei. *Comeditis & non estis satiati.*

Ibidem: *Qui mercedem congregauit misit eas in sacculum peritum.*

Ioan. 4. *Qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum.*

D. August. lib. 4. confell. *Redite prauaricatores ad cor, & inhaerete ei qui fecit vos: state in eo, & stabitis: quiescitis in eo & quieti eritis: bonum quod queritis, ab illo est.*

Palantes percurrite si lubet omnes omnium ordinum hominum status & conditiones, ne unicum deprehendatis magnitudinem animi suis rebus adhibere. Quot desiderabilia mundus habet, totidem inuenias desideria inexplebilia. Dispiciamus cuncta, siue eorum plurima. Septuplici desiderio hominem flagitate aduerto. Primò, scientiæ ignorantia intermi-

xiæ; omnes siquidem naturaliter in hoc propendit

Arist. l. i. Metaph. cap. i. Omnes homines natura desiderant: signum autem est sensuum dilectio: nam & absque usu propter seipsos amantur; præ cæteris autem qui per oculos sit &c.

Cicero l. i. Offic. Omnes enim trahimur, & ducimur ad cognitionis & scientia cupiditatem, in qua excellere patriæ putamus: labi autem & errare, nescire, decipi, & malè & turpe ducimus. Sciendi studio petunt adolescentes Paduam, Bononiam, Louanium, Parisios. Ab hoc sciendi desiderio infantuli defixè intuentur, arreptis auribus attendunt quippiam nouum audientes: ab hoc ueritas *Quare, & Quomodo*.

Tomo 1. Ut pulsa ignorantia scirent cuncta instituerat
tit. de studio & industria. Philosophi maximas peregrinationes, de quibus prima parte.

Plut. 1. Valerius l. 8. cap. 7. Luctans Solon cum morte iam proxima, & faucibus imminente, audiens amicos dilectentes de egressu animæ à corpore (vtri reos) caput arrexit, ut discens moreretur. *Audiens sapiens, sapientior erit, cogitabat.*

Plut. to. 1. Demosthenes annosus & centenarius ægè factis concedebat, nonnullo facto in scientijs tyrocinio.
vit. in Cato. Cato iam ætate grandæuus imbui uoluit discipulis nis Græcorum.

Et Polycrates l. 7. cap. 13. Apollonius (fuerit magus, aut Philosophus, parum refert) nouemdecim peragrauit, perlustrauitque prouincias diuersas, sectaturus scientiam: dignus eandem inuenire, qui utiq; tam impigrè eam querebat.

Cicero l. 1. quest. academ. in fine. Quæ sciendi cupido in hac vita expletur nunquam: scientiam enim humanam indiuiduè stipat ignorantia: Socrates, omnesque sapientes ad hoc semper redeunt punctum: *Hoc unum scio, quod nihil scio.* Itaque Archefilas negabat esse quicquam quod sciri posset, nihil quidem ipsum quod Socrates sibi reliquisset, aiebat

Cicero. Hinc magnus Aristoteles nihil nos scire dicebat, comparatione ad ea quæ ignoramus: & Tullius: *Maxima pars eorum quæ scimus, minima est eorum quæ ignoramus: Quos sequutus & Hieronymus*

humiliter fatebatur : Nos pulices & vermiculi scientiam nostram insciam, profiteri debemus. Et Apostolus: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Scit quidem omnia corpus generis humani in solidum, aut penè omnia: ast indiuidua & particularia quæque omnia norunt minimè. Adipiscatur totius mundi sapientissimus scientiam sexcenties sublimiorem, adhuc cupidè anhelabit ad scientiam eorum quæ ignorat. Dicebat ex charissimis fratribus meis vnus, anxià magis non dari auaritiã quam literatorum; nihilque ingenij humani cupidinem minus explere quam scientiam, quæ nunquam videtur ad iustam mensuram excreuisse. Quia animæ cognitio non est limitata, natæ omnia scire; sciendi facultas ista non expletur vlllo scibili, nisi, eo, quod complectitur in se scientiam reliquorum omnium, qui & Deus solus; quo probè cognito, cætera omnia sufficienter sciuntur: incognito, nulla cognoscuntur; adeoque laborat animus inedia scientiæ, in tot locos distractus, quot studet obiectorum cognitionem, intelligentiam quæ adipisci. An ideo nonnulli exponentes quandam epistolam S. Hieronymi ad Paulinum, ad illa verba, De Tantali fonte potantem, scientias seculares dicunt Tantali fontem, in quibus hærent sitibundi curiosiores, & nunquam ad scientiam veritatis perueniunt.

1. Cor. 13o

V. P. Iacobus Bosquier.

D. Bonin 1. dist. 1.

Philostatus l. 3. de vita Apollonij de Tantali status porrigente phialam videatur. 2. Tim. 3o

Quid. 4. Metam.

Tibi Tantale nulla

Deprenduntur aqua, quæque imminet effugit

Idem 3. Metam. de Narcisso:

Dumq; sitim sedare cupit, sitis altera crescit:

Eccl. 1. Non satiatur oculus visu, nec auris auditu.

D. Augustinus to. 2. epist. 3. ad Volusianum: Tanta est Christianarum profunditas litterarum, ut in eis quotidie proficere si eas solas ab ineunte pueritia vsque ad decrepitam senectutem maximo studio summo otio, meliore ingenio conarer ad discere.

Marsil. Ficinus in vit. Platonis: *Philedona cupiam Platonem carpenti, quod non minus in discendo quam docendo studiosus ac sedulus esset, & quod si discipulus esse vellet interroganti, quo ad, inquit, meliorem ac peritiorum esse me non pariterbit.*

¶ I. Deinde, quid auidius expectat homo sanitate firma, nullo ægritudinis liuore interturbata? *Orandum est, ut sit meus sana in corpore sano, ait quidam. Verum, tam impossibile morbo immunem transigere hanc vitam, quam a natura corrupta, immortalẽ. Plea subditur doloribus, quam mare procellis, qui neque ad hæc usque tempora nominibus & numero medicum sunt noti. Sanum se putat, qui mortem per se cogitat, dicimus prouerbialiter. Ideoque appetitus iste in hit infernis expleri nequit. Facta est famas valida in regione illa.*

¶ II. Adhæc, quid magis cuperet homo quam æternum viuere? verum vix natus, citatim ad mortem properat: vix vitæ pensum trahere cæpit ex tribus sortibus vna, quin protinus adest tertia cultro stamen abruptura. *Dum adhuc ordire succidit mi: de manus signa ad vesperam finies me. vix mater, no exclusos retro spectat vniuersi orbis auia nos suo exceptura. Hoc quoque quod loquimur de * nostru demitur annu.*

Isa. 38.
Vide Fulgent l. 1.
Mythol.
fab de factis.

* al. no-
stro æuo.

¶ IV.

Hunc ipsum quem agimus diem cum morte diuidimus, inquit Seneca.

Si æternum proferte vitæ fines nequit, saltem paucos quos degit dies cuperet transactos gaudio nulla mæstitia interturbato: vernans enim alacritate floret ætas, quæ mærore marcescit.

¶ Iob. 7. 14. Aristoteles l. 8. Ethic. *Natura maximè fugit tristitia, & appetit delictabile. verum ut numerosi misero ægrum molestiarum feraces! vxor, soboles, amici, opes, ipse sibi molestus. Factus sum mihi metipso grauis. Ex quo tempore quo viuunt, tempus non transigit curis & molestiis liber. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, replatur multis miseris. Tam fælix nemo qui non delectat vices, quæratur fortunam suam.*

D Chrysoft homil 67. tom. 5. ad Antioch. *Sive diuitem dixeris, quoniam diues est, multas habet tristitia causas: sive Regem ipsum; nam & à multis ipse tenetur, nec omnia pro votis facit: sed multa præterquam sibi gratum est indulget: & super omnes ea fecit omnia qua nullatenus uellet.*

Ibidem: *Sicut immortalis homo non potest inueniri, ita nec absq; tristitia.*

Ampius. *Quid mundo desiderabilius pace firma? Ad hanc omnes suspirant, in qua respirant quiescuntque cuncta, inquit S. Dionysius.*

D Augustinus li. 9. de ciu. c. 12. tom. 5. *Omnia pacem D. Tho. 2. appetunt. 2. q. 29. a.*

D Dionys c. 9. de diuin nom. *Omnia que fecit summus opifex Deus, pacem desiderant, & in pace quiescunt. Idem ibid. c. 11. videatur.*

Opax! *Vt grata aduenires Belgio ex regione tam longinqua! Quantum gaudium si tempestiuè, oportuneque remittere te dignaretur Altissimus! Supponamus reuersam, ac utinam! nihilominus premeret nos alterius famis esuries: sunt enim in hac vita nobis maligni, liuidi, iugi nos lacessentes bello, mundus & Sathan: ipsa quoq; caro domino est molesta suo: Et ipse cepit egere.*

Quid homini iucundius libertate, omni seruitute vacua? *Esto, sit Rex, sit Monarcha, à solis ortus cardine, ad usque terræ limitem, adhuc manebit eum seruitus aliqua. A multis tenentur Reges; sanctior Senatus libertatis regis clauem gestat: non omnia pro libidine gerit: indulget, incessente animam uiscendi cupidine; alterius consilio vindicat, culpam donare auens: plerumq; Alexandri magni sunt serui assessorum suorum; ne dixerim seruos seruorum Diogenis Philolopi. Cuperent Reges frequenter non esse Reges, ut quod liber, liceret; ut pro votis coniugia inire quirent. Et ipse cepit egere. Igitur & ipsi Reges egent, quippe qui desiderant quod non habent.*

Cuperent uniuersâ eliminata penuria, omniū rerū

vberrate affluere. Verumtamen fit homini vni Patris
 lus aureus in patrimonio, adhuc egebit, penuriam
 patietur, plura possidere gestiet. *Nemo est tam compe-*
fit & felicitatis, vt non aliqua ex parte cum sua fortuna ri-
retur, ait Boerius. *Multa petentibus multa desunt,* ai-
 bat quidam. Mydas fluminibus aureis innatans, fame
 perit. Per vniuersam orbis regionem est fames valida, vt
 & ipse Mydas egeat: vexat iugis penuria; ipsi videlicet
 ast maxime regionem peccati discruciat. Demouit
 mus sigillatim.

6. Fingite quempiam in regione superbia sedem si-
 bi constituisse: quo magis honorabitur, eo audiat
 honores & fastum experet. Ecquis inter caelestia mi-
 litia cuneos honoribus potioribus auctus, ampliori
 perfectione conspicuus Lucifero, quem Vates dicit
Principium viarum Domini; Perfectus decoro? Micabat
 paludamentum eius margaritis & vnionibus; auroru-
 tilanti circum circa cinctus fulgebat, *In medio lap-
 dum ignitorum ambulasti.* Attendite qualeso; dum ab
 omnibus colitur, fit fames valida in regione eius; au-
 xium plurimum oritur desiderium, *Et ipse cepit egere:* ea
 quibus gaudebat nihil erant respectu eorum quae
 ambiebat. Videte honoribus inhiantem.

Isa. 14. *In caelum conscendam, super astra Dei exaltabo
 solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus A-
 quilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero
 altissimo.*

Principatum obtinuerat iter creaturas corporeas,
 visibiles humani generis satores Adam & Eva, consti-
 tuti à Deo Monarchæ super omnia animantia. *Domini-*
namini piscibus maris; terror vester ac tremor fit super
cuncta animalia terræ. Idem: *Omnia subiecisti sub pedi-*
bus eius, oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi.
 Erant parui Dei in terra, imago & * effigies Dei, attra-
 ment, fit fames valida in regione eorum quia superbi
 erant, incidit fames; discruciat desiderium petenti-
 endi ad altiora; Et ipsi ceperunt egere; non contine-
 erunt se finibus felicitatis suae; propius ad similitudi-
 nem Dei accedere gestierunt; Dei scientiam simulati
 sunt.

Horat. 3.
 Carm. 16.

Iob 40.
 Eze. 28.

Ibidem.

Gen. 1.

Gen. 9.

Psal. 8.

* Trismo-
 gest in Pi-
 mand.

sunt; cupiebant fieri, sicut *Dij scientes bonum & malum: Gen. 3.* præ desiderio & cupidine istius dignitatis labro functo pomo impreserunt; & pomi noxialis morsu in mortem corruerunt.

Num. 16. Multus honos fuit filijs Leui acciri in obsequium Dei & ministerium tabernaculi: namque, seruire Deo regnare est; nihilominus languet inedia Chore eadem tribu ortus; appetit honorem potiorum; Moysi æquiparari contendit. *Sufficiat vobis quia omnis multitudo sanctorum, & in ipsis est Dominus. Cur eleuamini super populum Domini? Satis regnatum est o Moyses, sufficit Aaron: æqua nobis & vobis sanctitas, religioque, vt & imperemus: qua fronte imperium usurpatis? Aduertite tribus Leuiticæ factum, quæ ad sublimem euecta gradum, altius euehi gestit. Multum Num. 16, viginti filij Leui. Num parum vobis est quod separauit vos Deus vt seruiretis ei in cultura tabernaculi, & staretis coram frequentia populi: ait Moyses.*

Hester 1. Fuscifer Macedo Amon in eadem superbiæ regione agebat; Is omnibus honoribus, omni fælicitate potitus; ex humili & obscuro magnus, clarusque factus, homo nonus, exaltato eius solio super omnes Principes Regis Assueri; curialibus cunctis assurgentibus ipsi, & prone transeuntem salutantibus; laborat tamen fame; nouos ambit honores: vult Mardocheum, aut cupitos sibi honores deferre pronum, aut aula exulare. *Et ipse capit egere: Capitis apertio, hominis vnus genuflexio desiderabatur ad culmen beatitudinis eius; quicquid possidebat nihili ducebat, ni & hoc potiretur; ad eò vt recensitis per ordinem omnibus quibus clarebat dixerit ad vxorem.*

Hester 5. Et cum hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quando videro Mardocheum Iudæum sedentem ante fores regias. Quanta fames homini omnimodis honoribus vtenti! Quanta egestas illa omnibus affluenti! Sic miles, ambit vexilliferum fieri; hic, præfecturam; præfectus Tribunatum; Tribunus Proregem creati; ita; si in regione superbiæ & peccati sedem sibi constituerint.

Vales l. 8. *Plutarch tom. 1 mor. de tranquill. animi, circa prodigium.* Fetunt magnum Alexandrum, verè magnum & inexplebilem, vbi multos Reges crebriò triumphasset, sui imperij iugum subire coegisset plurimas gentes, audientem aliquando Anaxarchum Philosophum differentem super pluralitate infinita mundorù, prout à præceptore Democrito acceperat, fleuisse eberrimè,

Petr. Boy. *steau tra- ita de ex- cellentia hominis.* **Qu. l. Me.** dixisseq;: *Me miserum, quod nec uno adhuc sum potius Addunt alij innumeris fossoribus itum esse in vniuersa terre, vt si quos inuenisset populos suo iubeisset imperio. An non rabidæ famis, & summæ egestatis argumentum in animo regio, cui ceruices diadematis graues, & manus sceptris quasi fascibus plene? Deistituscemodi propriissimè dixeris: Postquàm omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa, & ipse capit egere.*

Ma. 5. Nobiles eius interierunt fame, & multitudo eorum siti exaruit.

Pl. 3. Diuites eguerunt & esurierunt.

Pl. 38. Famem patitur vt canis.

Ista est verè Sclimica; fames tam rabida, vt meretur annumerari prouerbijs: Saguntina fames: famis Aethiops; vt etiam dicatur, fames Alexandrina. Talis etenim, tantaq; fuit, vt ab ea calamos abstertere nequerint Poëtæ, quin sale vtente eam impeterent. Iuueni satyr. 10. ante medium:

*Vnus Pelleo iuueni non sufficit orbis,
Æstuat infelix angusto limine mundi,
Vt Gyare clausis scopulis, paruaq; Scripserit
Cum tamen * à figula munitam intraverit orbem
Sarcophago contentus eris.*

Idem ibidem de Hannibale:

*— Hic est quem non capit Africa Mauro,
Perfusa Oceano, Nilq; aâmor atepenti,
Rursus ad Æthyopum populos, aliosq; elephanti
Additur imperijs Hispania, Pyreneum
Translit: opposuit natura Alpemq; niuemq;
Diduxit scopulos, & montem rupit acuta.*

** Babylonem forte intelligit, cuius muri costiles dicuntur apud Ouis. li. 4. Met. Costilib. muris cixissis semiramis vrbem &c.*

Iam tenet Italiam, tamen ultra pergere tendit.

Actum, inquit, nihil est, ni Pano milite portas

Frangimus, & media velum pona Suburra.

Proverb. 11. Rapiunt non sua, & semper in egestate sunt.

1. Cor. 6. Tanquam nihil habentes & omnia possidentes.

Gen. 41. Luculenter, & ad viuum certè exprimitur tabida fames illa in Genesi, vbi describuntur septem boues macilentæ; hortendæ visu deuorasse septem alias pinguissimas, nec ijs saturatas, pinguiore sue effectas. Vacca pinguis, capita populorum. Macilentæ fordæ illa, fame tabida, deuorato heri boue, hodie tauro, defiguarunt fortè Reges auidos, cen vaccas inedia deficientes; qui orbem vniuersum absorbeantes, hodie prouinciarum vnâ, cras regnum, nunquam satiantur, saginantur, reum suarum terminis continentur. Qui non obstante ditiorum ditioribus adiectione nouis ditioribus inhiant? Qui vniuersa & plus possidentes, pluribus habent opus?

7. Nec minor illa avarorum pectoribus; vanitate, inanitateque iugiter laborantium. Diuites dimisit inanis, non fecit tales Deus. Terra autem erat inanis & vacua. Propriè, & præ omnibus famelici dicuntur auari. Auri sacra fames. Vbi quantum sunt tantum auri fuerint, laborarint, curstarint, vt omnia congerant, saturatine? scilicet. Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Quo plus augetur strues, eo plura in eam congerere nituntur. Facta est fames valida in regione illa, & ipse cepit egere. Aliquot aureorum millia desiderantur replendo huic vel illi arcæ angulo vacuo: superest marsupium exiguum quasi appendix ad ingentes loculos ex corio ceti confertos, farciendum. Nunquam legis Mydam Phrygum Tyrannum, quantumuis auro innantem, vt cæcus Oceano, vt quicquid contingeret, siue terram, siue saxum,

Est etiam Edipia morbus Luc. 1. Gen. 1. Vir. 3. Æ.

nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Quo plus augetur strues, eo plura in eam congerere nituntur. Facta est fames valida in regione illa, & ipse cepit egere. Aliquot aureorum millia desiderantur replendo huic vel illi arcæ angulo vacuo: superest marsupium exiguum quasi appendix ad ingentes loculos ex corio ceti confertos, farciendum. Nunquam legis Mydam Phrygum Tyrannum, quantumuis auro innantem, vt cæcus Oceano, vt quicquid contingeret, siue terram, siue saxum,

nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Quo plus augetur strues, eo plura in eam congerere nituntur. Facta est fames valida in regione illa, & ipse cepit egere. Aliquot aureorum millia desiderantur replendo huic vel illi arcæ angulo vacuo: superest marsupium exiguum quasi appendix ad ingentes loculos ex corio ceti confertos, farciendum. Nunquam legis Mydam Phrygum Tyrannum, quantumuis auro innantem, vt cæcus Oceano, vt quicquid contingeret, siue terram, siue saxum,

nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Quo plus augetur strues, eo plura in eam congerere nituntur. Facta est fames valida in regione illa, & ipse cepit egere. Aliquot aureorum millia desiderantur replendo huic vel illi arcæ angulo vacuo: superest marsupium exiguum quasi appendix ad ingentes loculos ex corio ceti confertos, farciendum. Nunquam legis Mydam Phrygum Tyrannum, quantumuis auro innantem, vt cæcus Oceano, vt quicquid contingeret, siue terram, siue saxum,

nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Quo plus augetur strues, eo plura in eam congerere nituntur. Facta est fames valida in regione illa, & ipse cepit egere. Aliquot aureorum millia desiderantur replendo huic vel illi arcæ angulo vacuo: superest marsupium exiguum quasi appendix ad ingentes loculos ex corio ceti confertos, farciendum. Nunquam legis Mydam Phrygum Tyrannum, quantumuis auro innantem, vt cæcus Oceano, vt quicquid contingeret, siue terram, siue saxum,

nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Quo plus augetur strues, eo plura in eam congerere nituntur. Facta est fames valida in regione illa, & ipse cepit egere. Aliquot aureorum millia desiderantur replendo huic vel illi arcæ angulo vacuo: superest marsupium exiguum quasi appendix ad ingentes loculos ex corio ceti confertos, farciendum. Nunquam legis Mydam Phrygum Tyrannum, quantumuis auro innantem, vt cæcus Oceano, vt quicquid contingeret, siue terram, siue saxum,

& alia,

Ouid. 12. Metam.

& alia, mira subitaque chemia in aurum transformatur: Ouid. 11. Metam.

— ait, effice quicquid

Corpore contigero, suluum vertatur in aurum.

Quam enormis fames? *λίμνη* ἰχθύος, fames valde, ait textus. Quæ huic par fames? Atque aduertite optimè Christus addat, *Et ipse cepit egere*. Ipse enim non saturandus Mydas cepit egere, cibo & potu que ad refectionem sumere gestiebat versis, transformatis, & quasi digestis in aurum suo attractu, periebat fame. Ut concinnè eloquentiæ parens Christus paucis verbis ad viuum retulisse famè videtur, & quasi allusisse ad fabulam Midæ! ut exactè Poetarum fabularum memoria tenebat! ut Mythologum agebat, qui litteris operam non dederat! *Stupebant autem omnes qui eum audiebant, super prudentia & responsis eius. Stupebant autem omnes de his quæ procedebant de ore Dei. Hinc demiror ingeniosam parabolarum elegantiam, quibus alludit ad scripta Doctiorum, tamque exactè exprimit famem & egestatem qua cruciantur tenaces medijs in deliciarum vberum cumulibus. Egestas enim non id est quod plurimi arbitrantur, opportunis licet carere, quam viri fortes tolerantia superant, ut in arenis Lybicus lato; sed etiam potius dicere paupertatem, cui abundantes falso iudicio perculsi succumbunt, ut auri custos Mydas Phrygum Rex, qui dum omnia quæ tangebatur iuxta votum vertebatur in aurum, fame peribat. Putant fame & inedia perituros se: ipsi oculi (ut aiunt) stomacho vastiores: cupidines ampliores, capacioresque arcis: plura concupiunt quam in usus diarios insumere queant, quam arca, & ædes capere. Horat. l. 1. epist. 2. ad Lolium.*

Semper auarus eget, certum voto pete finem.

Idem. *Quis pauper? Auarus. Esurie torquentur coram cibis, eos attingere non audens, ne miguantur.* Publ. Mimus.

Tam deest auaro quod habet, quam quod non habet.

Tantali sunt, non manducantes mensæ appositæ neque

neque bibentes medijs in fontibus.

Quarit aquas in aquis, & poma fugacia captat Tantalus.

Job. 24. *Calcatis torcularibus sitiunt.*

Horat. l. 1. satyra. 1.

*Tantalus à labris sitiens fugientia captas
Flumina; quid rides? Mutato nomine de te
Fabula narratur: congestis undique sacris
Indormis iuhians, & tanquam parcere sacris
Cogeris, aut pictis tamquam gaudere tabellis.*
A thesauris arcentur, vt manus prophana à reli-
quijs sacris: similes damnatis, qui mensæ scitè instru-
ctæ accumbentes, prohibentur manus ad fercula ex-
tendere à maxima futiarum infernalium. Insana enim
auaritia, fame rabida thesaurorum, prohibentur eos
attingere in vsum, Virgil. 6. *Aeneid. de Tantalo.*

— *Lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris: epulaque ante ora parata
Regifico luxu: furiarum maxima iuxta
Accubat, & manibus prohibet contingere mensas.*
Macrob. l. 1. in somnium Scipionis cap. 10. *Illos
epula ante ora positæ excruciaci fame, & inedia tabescere
veteres dixerunt, quos magis, magisque acquirendi deside-
rium cogit presentem copiam non videre, & in affluentia
inopes egestatis mala in libertate patiuntur, nescientes
parca respicere dum egent habendis.*

Sunt ad instar Narcysii vesani, qui sitim sedando,
alteram excitat. Ouid. 3. *Metam.*

Dumque sitim sedare cupit, sitis altera crescit.

Horat. l. 3. *carm. Ode 24.*

— *Scilicet improba
Crescunt diuitia, tamen
Curæ nescio quid semper abest rei.*

Ouid. l. 1. *Fastor. Verba Jani.*

*Dum tetigit summo vertice Roma Deos.
Creuerunt & opes, & opum furiosa libido.
Et cum possideant plurima, plura petunt.*

Stobæus.

Hydropisii laborantes siti exacerbantur iugi, inquit
Diogenes, & hunc sequuti prisca scriptores plurimi-
plus

plus bibunt, plus sitiunt.

Ioan. 4. Qui biberit aquam istam, adhuc sitiet, & cit Dominus. Florat. l. 2. Oda 2.

*Crescit indulgens sibi dirus hydrops,
Nec sitim pellit, nisi causa morbi
Fugerit venis, & aquosus albo
Corpore languor.*

Idem 3. Carm. 16.

*Crescentem sequitur cura pecuniam;
Maiorumque fames.*

Quid. l. 1. Faistorum.

*Sic, quibus intumuit, suffusa ventris ab unda,
Quo plus sunt pota, plus sitiuntur aqua.*

Ouid. 13. Metam. in caede Polydori.

Opes animi irritamen avari

Sunt vasa vndique effluencia, nunquam oppletajia
fit Plato, Archyteles, Tarentius, & Luctetius.

*Animi ingratorum naturam pascere semper
Atque expleve bonis rebus. satiareque nunquam
Hoc, ut opinor, id est, quo florentis puellae
Quod memorant lasice pertusum congerere visum
Quod tamen expleri nulla ratione potesturi
Bellian. dolia.*

Agg. l. 1. Qui mercedes congregavit, misit eas in sacculum pertusum.

Jerem. 2. Foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quae continere non valent aquas.

Sunt gurgites immensis maria, quibus vestrige pendere flumina cuncta, nec unquam exundantia.

Ecclesi. 1. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redondat.

Sunt Erisichtones, rabida fame seipfos dilaceratos devorantes, ac quo plura vorant, plus elucientes.

Quid. l. 8. Metam.

*Sic epules omnes Erisichtonis ora prophetae
Accipiunt, postcuntque simul: cibus omnis in illis
Causa cibi est: semper locus sit inanis edendo.*

Job. 20. Delicias quas devoravit evomet, & de ventre suo extrahet eas Deus.

CONCIO QUINTA

Pamphagi vocari possunt huiusmodi avari, & pe- *De his vi-*
cuniarum helleuones. *de Virg. l.*

Sunt aquilæ, & vultures inexplébiles, similes aq- *Enei. l.*
le torquenti Prometheus; & vlturi disceptanti incef- *Seruium*
santer iecur Tytij, vti sicut Prifce; cuius palato nun- *in eundem*
quam rapacitas eximitur, deuoret centum corda, cen- *H. sed in*
tum iecora, centum splenes die quolibet suo Tityo *Ergis.*
licet. *Macrob.*

Sunt canes famelici, nouis frustis semper inbian *libr. i in*
tes: faucibus prementes carnis frustum, si nouæ præ *somn. Sci.*
dæ umbram in aquis viderint, in eam quoque irruunt. *cap. 10.*

Seneca Epist. 25. Vidisti aliquando canem frustra panis *Vide apol.*
apertio ore captantem? Et quicquid acciperit protinus in- *Æsopi.*
tegrum deuorat, & semper ad spem futuri hiat. Idem eue-

nit nobis: quicquid expectantibus fortuna proiecit, ad sine
ulla voluptate dimittimus statim ad rapinam alterius e-
reiti & attoniti, in Epicureorum istud chaos incidimus,
quod inane & sine termino est.

Aristophanes in Pluto: Reliquarum rerum omnium
satietas est, amoris, panis, musica, bellariorum, hono- ris,
placantarum, fortitudinis, caricarum, ambitionis, offi-
militia, faba: tui vero, ô Pluto, neminem unquam satie-
tas cepit: sed ut quis tredecim talenta accipiat, sedecim
ambulat; & hæc consequutus, quadraginta cupiet, aut
vitam sibi acerbam esse dicet.

Martialis 12.

Fortuna dat multis nimis, satis nulli.

Bias apud Aufonium:

— Quis pauper? Auarus.

Seneca in controu. citat:

Tam deest auaro quod habet, quam quod non
habet.

Diuus Ambrosius tom. 3. libr. 3. epist. ep. 1. egregie
ostendit quis pauper, quis diues. Inspiciens, ait, & quod
putat se habere, nequaquam possidet. An putas illum possi-
dere, qui in thesauro suo die ac nocte incubans auarus & mi-
sera torquetur sollicitudine? Ille verè eget, & si alij diues
videtur; sibi pauper est qui eo non videtur quod habet,
quis

quia adhuc alia rapit, alia desiderat. Vbi enim nullus cupiditati modus, qui fructus diuitiarum?

L. Apuleius apol. i. pro seiplo: Nemo nostrum pauper est, qui superuacanea nolit, poscit necessaria, qua natura oppido pauca sunt. Namque is plurimum habet, qui minimum desiderabit. Habet enim quantum volet, qui nihil minimum. Et idcirco diuitia non melius in fundo consistunt, quam in ipso hominis estimantur animo. Qui se avaritia egenus, & ad omne lucrum inexplebilis; nec meritis auri satiabitur, sed semper aliquid ante parat, cui augeat, mendicabit.

Idem ibem. Philosophi non ultra volentes quam parant, sed congruentibus desideriis, & facultatibus, cure meritoque ditescunt & beati fuerunt. Pauper enim sit appetenti egestate, diues non egendi satietate.

Eucherius in ep. paren.

8. Adhuc, quis inficietur lubricum & carnalem omnibus completis fame & egestate laborare? Doctus Eucherius exhortatione ad Valerianum celsissimi voluptates dicit indigentiam ipsam. Minus gustata, minus appetitur. Non audiuerit quispiam de puella exquisitissimae formae, eius visendae desiderium non tenebitur. Ignori nulla cupido. Voluntas non fertur in incognitum, ferunt communiter: altumox ut eam videat, atque obiter, geminat aspectus, oculosque in eam quasi anchora figit, Oculoque in virgine viget, attentius eam intuens, persentiscit ignem quendam circum in medullis suis exardescere. Minus acceditur ad Venerem, minus desiderantur ea: ut ideo concludant Theologi facilius virgini virginitatem seruate, quam biuira continere: superest semper scintilla sub cineribus aliquando calefactis. Agnosco veris vestigia flammae; aiebat biuira etate vernas; aptissima reaccendendis flammis pristinis. Venerem flammae sunt ad imitariis fatui, qui aqua communi extingui nequit. Anonris potiones, falsugine sunt proxima, ideo sitim non sedant. An forte ideo perhibetur Venus spuma maris nata? Hinc specialiter Christus ad Samaritanam secutum, a quis Venerem crebro te ingurgitantem: Quia hiberit ex aqua hac, sitiet iterum. Quam sententiam exponit

Virg. i. Aneid.

Ioan. 4.

ponit S. Thomas de diuitijs non solùm, sed & de o-
 mni alio bono temporeo, cuiusmodi carnis voluptas. *1. 2. q. 2. a. 1. ad 3.*
 Proverbia quibus fertur; Boli sunt fures: Ad libatum
 cito recurrit elurus caseum: Titio quondam accesus,
 facile reaccenditur; hoc loco probantur verissima. Vt
 enim experimento videre est, luxatur, laxatur que cibi
 apperentia, adstricta mox gustato cibo; faciliusque est
 in vesperum omni cibo abstinere, quam prælibato e-
 dultio desistere: ita fames blandatum voluptatum a-
 cuitur, irritatur que ijs prælibatis. Demitror, ceu Phœ-
 nicem luxuriosum ad meliora conuersum, de quo e-
 nuotari queat. *Num. 28.*
Nauseat anima nostra super cibo isto lenissimo. Mors in
4 Reg 4.
Eccl. 7.
2. Reg. 13. Inveni amantorem morte mulierem.

2. Reg. 13. Impossibile rebatur Ammon potiri ample-
 ribus lotoris Thamat; quia virgo adhuc intemerata
 erat: eiusmodi enim delitiæ Veneræ necdum ipsi co-
 gnitæ nullam sui suscitabant in ea cupidinem. Nesci-
 us Laidem non adeo reluctari vt Lucretia? Eius mali
 incrementa capit desiderium, quo plus exercitio facti
 expletur: cibus omnis in illo, causa cibi est; satietate
 irritatur. Satisfactum votis meis ducerem si in formo-
 sam illam Helenam lumina figere daretur. verùm, in-
 tuetur eam semel & iterum; atque quo magis, eo aui-
 dius: plus videt, plus videre, & oculos ipsius affixos
 speciei cuperet. *Virg. 10.*
Expleri mentem nequit, ardescitq; tuen-
Aeneid.
Eccl. 1.
Non satiatur oculus visu. Huius deinde deside-rij ex-
 pletio, alterum suscitât. Ea enim visa, miscere collo-
 quia cum naturæ miraculo illo, vti prædicat, gestit.
 Colloquitur semel & tertid; & ecce tibi, faciei formâ,
 & sermonis venustate prægrandis labefactatio in mē-
 te. *Virg. 4. Aeneid.*

— harent infixi pectore vultus,
 Verbaq; nec placidam membris dat cura quietem.
Idem eclog. 8. Bucol.

Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error.
Eccl. 1. Non satiatur auris auditu.

Complectis sermonibus ingruit acrior fames regio-
 P P ni

ni peccatoris: optaret labris eius vernantibus
 uia blanda imprimere; hac vice duntaxat. *Oscula
 letur me osculo oris sui?* Ab vno ad alterum trahit
 ingeminat, repetit. *Dabit amplexus, atque oscula
 dabit* Ratus ea ratione se expletum in, incipit
 lum: ecce tibi dira fames in regione eius. *Dans
 vires. Et ipse capit egere.* Prò, petij, inquit, ni eius potat
 amplexibus! O famem acrem! O egestatem diuinam
 sed manibus, pedibusque accersitam. *Sale
 rant aspectus primi. Carpit enim vires paulatim, vires
 que videndo femina.* internè torruerunt eum aspe-
 ctus; sitim ad instar salis excitauit aciem: magis
 falsi fuerunt sermones; & his dulcia oscula. *Ingre-
 ens sitim restinguere nifus est, sed vino calce maris
 delibutoque, quod arida siti gurgur vrit. Omnia quae
 biberit ex aqua hac sitiet iterum.* Hac omnia fuerunt
 ipsi, quod aqua calci, & igni fatuo, vt magis, magis
 accenderetur; quod augenda flamma oleum &
 lignum. *Nitebatur explere esuriam carnalem opor-
 tibus, sermonibus, basijs. verùm nouam intravit
 famem, ardentiorēque suscitauit sitim, seque ad
 summam compulit ipse egestatem. Postquam uero
 consummasset, facta est fames valida. Et ipse capit egere.*
Iudic. 14. Ac tandem venustulus infelix conficitur, vt *Sump-
 son*, ni dilecta Dalila potiarur. O famem validam,
Prou. 6. iniquamque suggestricem! Hac stimulatus compul-
Virgil. 4. susque fame, amoris factum committit. *Aqua furina
 Æneid.* dulciores sunt. *Speluncam Dido, Dux et Triuicium con-
 dem, Deueniunt:* ea ratione saturari putat, saturatus
 paulatim desistere, ac tandem fastidire proponit. *Sci-
 licet.* Noua in dies sumit ipsa incrementa. *Aur enim
 captis insistere acrius contendit, aur amoris nomen
 fingere dolos; aut elegantiorē amatam aucupari;
 xii; Omni feræ parat insidias; fœnerari auct. Dubio-
 nus ad meretricem, sitim non depellet, sed sitiet ite-
 rum.*

Leuit. 26. Comederis, & non saturabitur.

Oscula

Osee 14. *Comedent & non saturabuntur;*
Ibidem. *Fornicati sunt, & non cessauerunt, id est, non cessabunt.*

Aggæi. *Seminastis multum, & intulistis parum: comedistis, & non estis satiati: bibistis, & non estis inebriati: operuistis vos, & non estis calefacti: & qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum.*

Ecl. 27. *Homini fornicario omnis panis dulcis; non fatigatur transgrediens usque in finem.*

Diuus Hieronymus ad Damasum pag. 2. tractat. 2. epist. 15. *Semper voluptas famem sui habet, & transacta non satiat.*

D. Ambrosius l. 7. in Lucæ c. 15. *Nihil prodigi satius voluptati: semper famem patitur sui, qui alimentis perperius nescit impleri.*

D. Bern. in declamat. *Sanguisuga (proprie scilicet voluntatis) duo sunt insatiabiles filia, clamantes, affer, affer. Siquidem nec animus vanitate, nec voluptate corpus aliquando satiatur.*

Diuus Gregorius Nazianzenus Epist. ad Basilium. *Tantalum fabulam eleganter detorquet, ad huius mundi delicias, quæ nunquam expleunt animum. ταντάλοσ, inquit, τῆς καὶ κατὰ κῆρην διψῶντος ἐν ἕδατι τῆς ἐπιθυμίας ἐπιθυμίας καὶ ἀποδοῦναι πᾶσιν αἰσῶσιν. Id est: Tantalus, & execrabiles sitientes in aquis miserandam illam & nihil alimoniam conferentem pandesiam. ταντάλοσ Græci vocant conuiuium ex omni genere deliciarum apparatus.*

Aristotelis 1. Ethic. *Voluptatum appetitus insatiabilis est; stulto undique affluunt: & exequutio libidinis innatam cupidinem exauget. Quin etiam si magne sunt & vehementes, mentem a suo statu dimouent.*

Nunquam legistis quæ de Messalina Claudij Tiberij vxore, & Britannici matre, totius femine seculi dedecore scripsit Iuuenalis, nimirum eam aliquando lassatam viris, sed non satiatam?

Juvenal. satyra 6.

Et lassata viris nunquam satietata quiescit.

Vel ut alij legunt.

Delassata quidem, sed non satietata recessit.

De hac Fuit hæc Imperatrix tam impudens libidinis, ut pro-
vide Sex- uocavit ad lecti palæstram vnam ex ancillis quæ re-
tum Au- reticio quæstu victum sibi quæritabat.
relium & Osee 4. Fornicati sunt & non cessauerunt, id est non
Plin. l. 29. cessabunt.

Quint. l. Oprimè, inquit D Hieronymus, quoniam illa viri
12. instir. in fornicatione deficiunt, & fornicandi desiderium non
cap. 11. de quiescit: huc, desiderium ardescit, ut habet Glossa in
Domitio linearis. Deficiunt, non desinunt: deferuntur non de-
Afro. serunt.

D. Anthonius Paduanus concio. in hanc parat: De-
ficiunt illa nobis, aut nos ipsis.

Ioan. 4. Ita Samaritana, forte rugosa & cana, vbi-
ros quinque habuisset sextum domi fouet gænecon.
Nonne argumentū, plus desiderari Venerea, quo cre-
brius fuerint iterata?

Prover. 30. Tria sunt insaturabilia, & quarum quod
nunquā dicit, sufficit: infernus, & os vuluæ. & terra quæ
non satiatur: ignis vero nunquam dicit, sufficit.

Virgil. eclog. 3. Bucol. Claudite iam riuos patri, sat
prata biberunt; in venereis non habet locum.

Salsa sunt carnis voluptates, uti mox dicebamus,
vnde salacitas, sunt que quasi irritamenta vini, quando
satiant; sed eo acrius appetitum irritant, quo sepius
iterata.

Naturæ à secretis, magnus Aristoteles, dicit quodā
loco, libidini assuetos infirmari, si quando missum fa-
ciant exercitium, forte quia natura iam affecta est
sordes corporis & superflua alimenti per illos meatus
emittere, paulatim que cæteri meatus ocellentur:
adeo ut dici possint famelici, summo Venereorū deli-
derio non solum flagrant, sed & eorum penuria, &
necessitate laborantes. *Et ipse capit egere.* facta sunt
ei vitia quasi naturalia. En aduertitis famem & ino-
piam lubricorum.

9. Atar, existimatis idem non deprehendi in regio-
neiracundorum, & vindictæ implacabiliter cupido-
rum? Contumelijs omnigenis in furoris sui obiectum
iactis, noua incessit libido cædendi, vulnerandi, muti-
landi: cæsis & fauciatis hostibus, ad cachinnos, sub-
fannationes, iocos, deueniunt; quomodo ad Christū
in ligno debita nostra Patri æterno pendentem se lu-
dæi habuerunt; & Achilles ad Hectorem. Virgilius
1. Æneid.

*Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros,
Exanimumq; auro corpus vendebat Achilles.*

Virg. 1. Æneid.

— Referes ergo hæc, & nuntius ibis

Pelida genitori, illi mea tristia facta,

Degeneremq; Neoptoleum narrare memento,

ait Pyrrhus ad Regem Priamum hostem. Idem:

— En telus, & quam bello Troiano petisti,

Italiam metire iacens;

iacetabat italus in Troianum cæsum.

Potens nostri seculi Monarcha, vultu sereno & a-
laci intuetur capita cæsorū Principum binorum,
suorum clientum (vti quōdam Ciceronis caput Mar-
cus Antonius) corpora igne cremat; cineres aere spar-
sos ventis commendat. Quid non molitur atrox cho-
lere, vindictæque passio? Magnatorum animos vbi
occuparit, à ratione prorsus luxat, pulso omni pu-
dore. Herodiade nata cultro petit sacrum Baptistæ
caput epulis illarum, eius iniqua cæde non saturata.
Fulvia Marci Anthonij vxor, impetit auream
Tullij decollati linguam. Tullia equorum vngulis
& petoriti rotis conculcat patris exanime corpus,
non contenta classico fuisse viro, vt patricidium e-
notme patraret. Explera fame rabida cædis pater-
ne, suboritur noua conculcandi exanguæ cadauer
horrenda libido. De ebrioso nihil adducam: norunt
omnes, pulsa siti, denuò siticulosam; norunt inex-
plebilem. Neque verò conctionis huius stamen vlti-
mus protendere auct animus: succidam ipsum mox
vt Marci Aurelij Imperatoris philosophantis, aur ma-

*Tit Liu:
dec. 1. 1. 1.*

gis Philosophi imperantis iudicium & confessionem intexuero. Quod expertus, inquit, ingenuè fateri libet, probro meo licet, aut forte posteris vile. Anni quinquaginta quos in viuis degi, tentate libuit vitæ præsentis vitia cuncta, si qua ratione malitia humana expleri queat. Prælibatis omnibus, competi timore me fame torqueri, quo plura edo; aspiciore sitilluexari, quo magis bibo: quo diutius dormio, eo magis somnum appeto: diutius requiem capto, magis laboro lassus: plura possideo, plura concupio: plura quero, pauciora inuenio. Denique possedi vniuersum nihil, quod animum non intricarit; mox aliis inuicentem. Huc vsque M. Antonius. Magus ille Metaphororum antesignanus Salomon, nonne id ipsum discidit in Ecclesiaste, reuersus in regionem serena mentis, a longa profectioe amentia. *Omnia qua desiderauerunt oculi mei, inquit, non negaui eis, nec prohibui carum meum quin omni voluptate fruereetur. Et oblectari in his qua præparaueram. Edificauit mihi domos, et plantauit vineas, feci hortos et pomaria, et conserui ea cuncti generis arboribus; his æquiparanda non sunt seminatidis arca. Feci mihi cantores, et cantatrices, et dilexi filiorum hominum, quibus animum meum lenarem; utque ad sonum lyrae requiem captarem, ut Pythagorici: ac tandem reperi in omnibus vanitatem et inanisatem.*

Eccles. 1. In omnibus vanitas, et afflictio spiritus. Id est, vniuersa ista satiare non queunt animum humanum, ut nec vento, aut aere solide repletur vacuum. Nonne ibi sententia, & iudicium Monarcharum geminorum, potentissimorum & sapientissimorum Regum omnium, quo apertè concluditur peccatorem vbi omnia consumpserit, excogitarit, dixerit, fecerit, adhuc egere, & fame laborare? An non hoc ipsum quod Christus Salomone sapientior, in hac nostra parabola, Et postquam omnia consummasset, factus est fames valida in regione illa. Et ipse capit egere.

Pro. 13. Venter impiorum insaturabilis.

Eccles 40. *Fames, & contritio, & flagella super im-*
pro.

Isa 9. *Declinabit ad dexteram & esurieret, & comedet*
ad sinistram & non saturabitur.

Ierem. 2. *Et vani facti sunt.*

Cic. l. 3. Tusc. inicio: *Animus eger, ut ait Ennius, sem-*
per errat; neq; pati, neque perpeti potest, cupere nunquam
desinit.

Calixtus Placent. in hanc parab. p. 2. *Delectationum*
inopia non probatur, nisi cum delectabilium copia suppe-
tit. Nam eorum defectus & privatio appetitum non exci-
tat, sed eorum abundantia inflamat.

D. Thom. 1. 2. q. 2. a. 1. ad 3. *Diuitie & quaecumq; bona*
temporalia quando iam habentur, ipsa contemnuntur, &
alia appetuntur secundum id quod significatur Ioan. 4. cū
Dominus dicit: Qui bibit ex hac aqua, per quam tempo-
ralia significantur, sitiet iterum: & hoc id eo quia eorum
insufficiens magis cognoscitur cum non habeatur: & id
eo hoc ipsum ostendit eorum imperfectionem, & quod in eis
summum bonum non consistit.

En meo iudicio fainem optimè enucleatam, gratia
Deo: superesset, si per vos liceret, **per**scrutari, qui nul-
lis rebus expleri queat animus humanus: **ast** veritus
ne vestra abutar humanitate, & fame hac ad nauseam
vsque vos fatiem; ne quoque famelicus ego, & plus
numio videar cupidus edisserendi cuncta simul & se-
mel, per otium digeratis nunc vobis apposita, dum
in crastinum paro noua fercula; & nunc diræ meæ
fami, summaque cupidini edicendi hodie pro-
posita impero, & tempero in lucem
sequentem. **Ite in pace.**

* *
¶